



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

137. Societatis in conuers. Sin. diuersam esse oportuit ab vsu communiationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

desigeretur non habebat , opitulante Ignatij filiis potentissima Dei manu , adoratores sui censer innumerabiles , de vltimis vero viginti annis , qui narrationis huius postremas quas scribo lineas sequuntur , scribit Brancatius anno 1661. ad Societatis Præpositum Gosuinum in statione nostra Sciamhaiensi , quæ nec magna , nec ampli agri est ciuitas , annum elabi nullum quo duobus , tribusve milibus ethnorum non augeatur Ecclesia ; & [ quos , inquit , proculo Neophytes , quadraginta quinque millia excedunt , eos in sodalites distribui centum & viginti sub tutela Ceipara Virginis , præter alias quinquaginta , titulo Christi patientis , & sodalitiam Catechistarum , & puerorum , &c.]

<sup>137.</sup>  
Societas in  
convers. Sin.  
diuersam es.  
se oportue  
legibus , Lusitanorum vicinia , supplitiis , opinione sui , & ceterorum  
ab vsu com-  
muni ratio  
nem.

Iam nostra in his agendi ratio digna est etiam in quam lector animum aduertat ; vtque de Sinis tantum loquar , memoria repeatat , cuiusmodi di Sinas inuenierit Riccius , cum pedem in eos intulit ; suspicionibus , se oportue legibus , Lusitanorum vicinia , supplitiis , opinione sui , & ceterorum omnium contemptu externis inimicissimos , infensissimos & iniquissimos ; nunc vero iidem cuiusmodi sint attendas ? qua nostros fama , existimatione , honoribus , amore , beneficentia prosequantur , accersant , suis sapientibus præferant , ipsimet Regi faciant gratiosos ; librisque illorum doceri , excoli , replerique Imperium gestiant , Bonziis errorum antea buccinatoribus , nunc mutis & nihil habitis . Lustret animo Ecclesias Christianorum ingenti numero , in Prouinciis undecim fundatas ; inductum in Regiam Christi nomen , & sacra ; sacrificium diuinum , & quævis alia festorum solennia templis apertis solita peragi ; adoratum à primis Regni capitibus effigiem Christi Redemptoris , & in Christianorum exequis , triumphantem per medias Metropoles Christi crucem , nam de gestis annorum viginti post Societatis sæcularem illustrioribus fileo ; Sinas modo secum inter se conseruat , quos Riccius reperit , cum iis quos Vagnonius reliquit ; opinot non poterit nisi diuino miraculo tribuere , extrema rancis inter se disiuncta spatiis connecti potuisse , iisque interieetas difficultatum molas superari . Landera denique illorum qui eas eluctati sunt tanta perseverantia , si quantum suspicor , in eo multi ponent , quod in studio animarum , tolerantia laboris , & perpetuationis mirabiles fuerint ; mihi quæso ab iis seorsim sentire liceat . Et pluris quiddam aliud facere , quod si defuisset , nec ardor salutis alienæ , nec labores æruginis consti , quicquam egissent non dico perpetuum , sed ne diu quidem persistitum , patientia nimis generositatem , continuandis longo tractu annorum ingratia , & obscuris laboribus , & velut paranda in opus grande materia hoc est concilianda sibi pedetentim Mandatiorum qui possunt omnia estimatione , benevolentia , & fauore , id autem nihil aliud fuit quam altè cæca latenter mergere fundamenta , tollendæ fabricæ opportuna ; in facultate demum qualisque ædificij humo profundi , inserendisque in illud ethnicis , intendi alterum oculum præsenti operæ , futuro periculo alterum semper oportuit ,

oportuit, ne ruina pro fabrica strueretur. Odit Sina tumultus, & exclamaciones turbulentas præproperæ, parumque consultæ pietatis quæ semel tantum, uno loco iactaræ, poterant die uno multorum annorum preciosos labores non solum perdere, verum nos quoque irreuocabili exilio æternum damnare. Cautum id ergo à Patribus Societatis Iesu admodum prouidè, in Sinenſi Regno Christi legibus subiugando, ut dissimulando quod præcipue spectabant, & agebant, subiugatum se prius sentiret, & gauderet, quām captatum, aut sollicitatum. Auctore sapientissimi huius consilij, & auspice Riccio, quem vel ob vnum hoc Sinenses Historiæ, suum iure Apostolum in perpetuum agnoscunt.

